4/8

Malynowski & Zdrodowskie Quietatio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitan. Branscen. plr. comparens Nlis Thomas Volenski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere Recognovit Quia ipse ab offi. praesenti Scrutinium per se contra Nobiles Paulum Malynowski et Josephum ac Bartholomeum Zdrodowskie in causa Ratione quasi olim Nlis Bartholomei Zdrodowski occisionis in praesentibus Terminis Judicialibus expeditis recepit ideo offi. praes quiet

Zimnoch Quietatur

Coram offo. et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nlis Marina filia olim Gregorij Zimnoch consors Nlis Stanislai Drozdowski cum mariti sui assistentia sana mente et corpore existens palam publice ac libere Recognovit Quia Nlem Jacobum olim Mathiae Zimnoch de solutione sedis vidualis seu Crinilis se recognoscere esse et Nobilem Joannem Zimnoch maritum suum priorem de bonis Zimnochi legitime spectan. quietat caittit et liberum facit perpetuis temporibus.

Drozdowski Debitum

Coram officio et actis praesentibus Castren. Branscen. plr. comparens Nlis Jacobus olim Mathiae Zimnoch sanus mente et corpore existens palam publice ac libere Recognovit Quia Nli Stanislao olim Joannis Drozdowski et eius posteris teneatur esseque debitus certi veri et liquidi debiti summam quatuor sexagenas pstb hinc et ab actu praesenti pro Dominica Passionis Judica Quadragesim. prox. venturae et de omnibus bonis cum successoribus suis parata pecunia soluere submittit sub vadio simili aliarum quatuor sexagenarum pstb et Coram offo. praesenti peremptoria missione ac satisfactione sine ulla dillatione apellatione motione diffugio juris ac exceptione personali sua recognitione in praemissis mediante.

Szymborski Debitum

Coram offo. et actis praesentibus Castren. Branscen. plr. comparens Nlis Vielislaus olim Alberti Markowski de Markowo Wolka bis sanus mente et corpore existens palam publice ac libere Recognovit Quia Nli Gregorio olim Sebastiani Szymborski et eius posteris teneatur esseque debitus certi veri et liquidi debiti mutuataeque pecuniae summam septem florenorum pstb hinc pro Dominica Conductus Paschae una ventura sed de omnibus bonis una cum successoribus suis parata pecunia soluere reddere et respicere sub vadio summae suprascriptae aliorum septem florenorum pstb. Et Coram officio praesenti Castrensi Branscensi in primo citationis termino tanquam peremptorio peremptoria responsione ac satisfactione sine ulla dillatione motione apellatione diffugio juris ac exceptione.